



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Quomodo Intelligenda est abrogatio legis Mosaicæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

est, ut eum discamus & consideremus & intelligamus iuxta enarrationes Christi, Prophetarum & Apostolorum. Ac inde usque ad Adam repetiuit Deus & conseruauit in Ecclesia vocem huius legi, & vult eam semper doceri, & illustribus exemplis poenarum in modis delictis per omnia tempora ostendit, hanc legem esse ordinem diuinæ sapientiæ & iusticiæ.

**L E G E S** Mosaicæ Forenses & ceremoniales, quæ fuerunt traditæ tantum ad illius politia Mosis constitutionem, & tandem delecta politia Mosaicæ extinctæ sunt, & cernantur ab æterna lege, quæ moralis nominatur. Sunt autem ceremoniales leges, quæ externos gestus ordinant in sacrificijs, & locis, tempora & personas distinguunt, & alia quædam exercitia estra describunt, ut sine signa & distinctiones politiae Mosaicæ in gentibus.

**L E G E S** Forenses sunt leges de externa defensione disciplinæ, iuxta totum Decalogum, de Magistratis, de poenitentiis, blasphemis & periurij, seditionis, homicidij, adulterij, de diffinitione facultatum vel dominiorum, de hereditatum distributione, de penitentia furtorum, de ordine iudiciorum. Qui etiam si Deus ipse est suus & custos ordinis politici, tamen homines vult esse organa gubernationis, & vult conspicere in peccatis discrimen recte & non recte factorum, & vult agnoscere, Deum esse sapientem, iustum, castum, & iudicem seculorum, & vult conseruari humanam societatem, & populus has cauissas deleti contumaces contra suam legem.

**Q U O M O D O I N T E L L I G E N D A**  
est abrogatio legis Mosaicæ?

**R E S P O N D E O.** Quod ad iustificationem attinet, edemmodo de omnibus partibus legis Moysi sentiendum est, videlicet quod non mereantur remissionem peccatorum, & quod persona non finita, id est, accepta Deo ad vitam æternam, propter opera legis Mosis, & alia. Item quod haec nostra obedientia, quam exinde proficit homo in hac vita, non sit iustitia æterna, seu integra legis imago. Ideo Paulus inquit de omnibus partibus legis Moysi, Rom. Ex operibus legis non iustificabitur omnis homo.

**I I . R E S P O N S I O.**

Sed quod ad obedientiam attinet, differentia est, quia leges Forenses & ceremoniales sic sunt abolitæ, ut prorsus omitti possemus & sint extinctæ. Verum lex Moralis cum sit in Deo sapientia, & nostra iustitia æterna, & patefacta sit hominibus, ut homo sit conformis Deo, non potest extinguiri, sed manet ordo diuinus, ut homo permaneat conformis Deo, sicut Rom. 3. dicitur: Per adem habilius legem Roma. 8. Ut ius legis in nobis impleatur.

Q. 11.